

## B.

**Decreto del Maggior Consiglio per la collezione  
delle leggi sulla navigazione.**

MCCCIIJ. Die XVIIIJ Ianuarii, prime indictionis (1).

Capta fuit pars in Consilio Rogatorum et Quadriginta quod debeant colligi in unum omnia statuta, ordines et consilia que spectant ad nauilia, ad modum nauigandi et ad mercadantiam. Et de ipsis fieri duo libri per se, quorum unus stare debeat in Curia maiori (2), alter ad cameram prouisorum in Riuoalto. Et debeant ipsa statuta, ordines et consilia legi omni festo sancti Michaelis in scalis Riuoalti et in platea sancti Marci, ad hoc ut omnes ea sciant, et ut nullus contrafaciens possit se excusare quod ea ignorauerit. Et omnes alii ordines qui de cetero fierent ponantur in dictis libris. Et si aliqui reuocarentur debeant cancellari in ipsis libris. Et committatur prouisoribus quod debeant inquirere si aliquis faceret de cetero contra ipsis ordines; et illi qui fecissent hactenus remaneant in statu in quo nunc sunt; et si inuenient aliquem contrafacentem cadat in pena librarum XXV pro centenario; et ipsi prouisores et duo ipsorum possit [sic] contrafacenti precipere quod soluant [sic] dictam penam. Et si duo ipsorum essent concordes de absoluere aliquem, possint ipsum absoluere; saluo si alius socius, qui nollet ipsum absoluere, uellet venire ad aliquod consilium pro placitare illum quem sotii sui

---

(1) A stile veneto, cioè 1303.

(2) Cancelleria ducale.